



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 813. Usque Ad Annum 859

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117867**

§. 5. Iconomachiæ finis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66103](#)

quorumdam Abbatum e diversis Mona- Sæculum IX.  
steriis amicitiam coleret, accurate edo- A. C. 842.  
cuerant Præsules, quænam de imaginum  
cultu Catholica esset Doctrina. Morbo  
deinde correptum inviserunt Monachi,  
promiseruntque, ipsum cito valetudi-  
nem recuperaturum, si cultum Sacrarum  
imaginum restitui curaret. Id pollicitus  
brevissimo tempore sanitatem recepit.

### §. V.

#### *Iconomachiae finis.*

Itaque Manuel communicato cum duobus aliis Imperatoris Tutoribus consilio cum persuasisset, piissimo negotio hujus Principis Regnum felicissime esse inchoandum, etiam Theodoram Imperatricem adit, & quid Tutores cuperent, aperit. Illa, diu est, quod hoc ipsum ex opto, respondit, & nunquam hoc propositum abjeci, sed buc usque, ne facerem, a multitudine Senatorum & Magistratum, Hæresi Iconoclastarum faventium, a Metropolitis & imprimis a Patriarcha prohibita sum. Ipse enim erroris hujus, quem Imperator Conjux meus a parentibus acceperebat, semina tunc facili labore suffocanda fovit, eumque suo bortatu impulit, ut tot viros Sanctos crudelissime haberet. Quid vero modo obstat, ait Manuel, quin populo maximæ lœtitiæ argumentum concedas? Illico Theodora ministrorum

Aa 2                  quem-

Sæculum IX. quemdam vocat, nomine Constantiūm,  
 A. C. 842. mittitque ad Joannem Leconomantam  
 Patriarcham, cui suo nomine diceret:  
*Monachi complures aliique Viri pii  
 bellum mibi obtulerunt, rogantes, ut si  
 crarum imaginum cultus restituatur. Si  
 consentis, reddatur Ecclesiæ pristinis  
 decor, si recusas, relinque Sedem, ex-  
 cede Constantinopoli, & in domum tuam,  
 quam ruri babes, te confer, donec cel-  
 bretur Concilium, in quo præsens sis. Non  
 in judicium vocaberis, & errorem tuum  
 dedoceberis.*

Constantinus, ubi in Palatium Pa-  
 triarchæ pervenit, admissus in triclinium,  
 eum in lectulo meridianem invenit,  
 cumque, quæ ab Imperatrice jussus erat,  
 nunciasset, Joannes id solum respondit,  
 se suos ad consilium adhibiturum, statim  
 que dimisit. Illo egresso, Patriarcha  
 scalpellum arripit, sibi ipsi in ventre ve-  
 nas aperit, quo multum sanguinis efflu-  
 ret sine vitæ periculo. Unde uno pene  
 momento rumor Ecclesiam implevit;  
 missos ab Imperatrice sicarios, qui Pa-  
 triarcham interficerent. Id ipsum de-  
 nuntiantium clamor prius ad Regiam  
 pervenit, quam Constantinus rediisset.  
 Confestim mittitur Bardas Patricius, ut  
 in facinus perplexum accurate inquire-  
 ret. Is certis indiciis deprehendit, non  
 ab inimica manu vulnera esse facta. Su-  
 spicio-

spicionem confirmavit familiæ testimo-Sæculum IX.  
nium, atque scalpellum exhibitum. Ita- A. C. 842.  
que Joannes turpissimæ fraudis convictus  
ex Ecclesia ejicitur, & ruri in domo sua  
quæ Psicha dicebatur, includitur.

### §. VI.

#### *Methodius Patriarcha Constantino- politanus.*

Itaque jubente Imperatrici Concilium  
in Palatio congregatur, cui Episcopi *Or. in S. Ni-*  
frequentes interfuerent; nam præter *ceph. Boll. to.*  
*Ca-* 7. p. 320.  
tholicos advenere complures ex nume-  
ro illorum, qui prius Hæreticorum fa-  
ctioni adhærentes ad Episcopalem Digni-  
tatem ab iis promoti fuerant. In eo  
Conventu Sacrarum Imaginum hostibus  
anathema dictum, Concilium Nicenum  
secundum confirmatum, & Joanne Le-  
conomanta deposito Patriarcha Constan-  
tinopolitanus electus est Methodius, an-  
tea Imperatoribus Michaele Balbo & *Sup. Lib.*  
Theophilo pro Religione persecutionem *XLVI.*  
passus. Tunc vero Imperatrix Theodo- *XLVII.*  
ra dixit: *Cum vobis concedam, ut sacræ §. 44.*  
*imagines restituantur, rogo, ut mibi vi-*  
*cissim gratiam concedatis, nimirum, ut Post. Theo.*  
*Imperatori conjugi meo veniam illius n. 4.*  
peccati, quo in imagines injurius extitit,  
a Deo obtineatis. Methodius totius Ec-  
clesiæ nomine respondit: *Potestas Sa-*  
*cerdo-*

A a 3